



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 67. Cardinalis Perronii conatus pro impetranda hac Pontificiæ
definitionis dilatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. In caussa de auxiliis, Sanctissimus Dominus
 A. C. 1607. noster disputantibus & consultoribus

significavit, posse illos reverti ad propria, dixitque Sanctitas sua, se opportuno tempore promulgaturum declarationem, ac determinationem suam, atque interim interim serio injunxit, ut in hujusce argumenti tractatione, nullus partem alteram nota qua, vel censura perstringere audeat, nisi insuper tam Prædicatoribus quam Jesuitis, ut si quis hoc in capite deliquerit, severe puniatur, ita quippe suum istud decretum violate servari vult, suo ergo officio deerit Paternitas vestra, ut ejus observantia invigilet, singulariter vero data occasione significabit, quidquid in hoc executione demandaverit, ut de iis suæ Sanctitati ratio reddi valeat.

§. LXVII.

Cardinalis Perronii conatus pro impetranda hac Pontificiæ definitionis dilatione.

Ciacon. in
 vita Perron.
 Card. Ab-
 rege l. c.
 Hist. Con-
 greg. l. 4.
 cap. 23.
 P. Eggs
 S. J. l. 5.
 Purp. doct.

Jam dudum Perronius Cardinalis quamvis Molinæ doctrinam sibi minus probatam haberet, ad omnes tempomen intentus erat occasiones, ut Henrico Regi suo gratificaturus periclitantem Societatem in Auxiliorum contraversia juvare, ac imminens capiti fulmen quæsitam mora saltem ad tempus avertentem

vertere posset: haud magis exoptata Sæc. XVII.
 hujus consilii opportunitas occurrere A. C. 1607.
 videbatur, quam quæ ex sinistro Jesui-
 tarum fato, quod Venetiis subibant,
 enata est; prout ipsemet Perronius da-
 tis die undecima Julii anno priori lite-
 ris Henrico IV. his verbis insinuabat:
haud dubito, quin ea res (loquebatur de
 proxima causæ hujus definitione) *ad*
exitum deducatur, nisi occasione Veneti dis-
sidii alia interveniat vicissitudo, quæ illius
cursum sistat. Cum ergo Perronius So-
 cietatem plus æquo affligi crederet, si
 eo tempore, quo unice ob obedientiam
 & præstitum Sedis Apostolicæ obse-
 quium, Patriæ, honoris, & fortunæ
 periculum adibant, Pontificia doctrinæ
 suæ damnatione diffamarentur, ac ma-
 jori infamix, suorum æmulatorum lu-
 dibrio, irrisioni, ac despectui expone-
 rentur, aliunde vero Cardinalis sibi Pon-
 tificis, atque Henrici Regis gratiam
 novo hoc officii genere demereri ave-
 ret, hinc sua eloquentia, sagacitate at-
 que auctoritate, qua plurimum vale-
 bat, Pontificem eo inclinabat, ut ipse-
 met proposita ratione persuasus, vulnus
 a Venetis inflictum procrastinatæ dam-
 nationis emplastro mederi festinaret.
 Nec id diffitetur Augustinus Oldoinus
 Jesuita Ciaconii continuator, ex quo
 P. Eggs ejusdem Societatis Alumnus
 hæc

Sæc. XVII. hæc scribere haud dubitabat: *Paulo V. A. C. 1607. auctor fuisse memoratur Perronius, ut solemnem disputatio de auxiliis gratiæ efficacibus libero arbitrio & Prædestinatione excitandis & periculosis opinionibus opportunior, quam ferendis fructibus, silentio involueretur.*

§. LXVIII.

Hoc Pontificis decretum Nuntiis Apostolicis Inquisitoribus, aliisque insinuat.

Hist. Congr. l. 4. c. 23. & 24. Abrege l. c. Pegna in advers. **H**oc Pontificis decretum, quamprimum publicæ luci datum, nulla mora Nuntiis Apostolicis necnon hæreticæ pravitate Censoribus eo fine communicatur, ut hanc litem non quidem finitam, vel decisam, aut uni parti adjudicatam, sed duntaxat suspensam, atque ad opportunius tempus dilatari esse innotesceret: Idem quoque die quinta Septembris Claudius Aquaviva Societatis Præpositus missis per omnes Provincias Encyclicis literis significabat. Hispani quoque Inquisitores omnibus sibi subjectis denuntiarunt, quod Pontifex opportuno tempore suam hæreticam in causâ definitionem evulgaturus esset, proinde lite nondum decisa interim curæ data sit facultas, ut quoad sua Societas resolvat de hac controversia, possint disputare & tractare de præfata materia.